

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Relinquere ag
in editionibus 1493/5 & 1550 cum fonte primo

Nunc de abrenuntiationibus disserendum est, quas tres esse patrum traditio et scripturarum sanctarum demonstrat auctoritas, quas que unumquemque nostrum omni studio oportet implere.

prima est qua corporaliter uniuersas diuitias mundi facultatesque contemnimus, secunda qua mores ac uitia affectusque pristinos animi carnisque respuimus, tertia qua mentem nostram de praesentibus uniuersis ac uisibilibus euocantes futura tantummodo contemplamur et ea quae sunt inuisibilia concupiscimus.

Iohannes Cassianus, *Conlationes XXIII.*, 3, 6, 1 (CSEL 13, M. Petschenig ed., p.73, ll.5-13).

Prima abrenunciatio, qua corporaliter uniuersas diuitias mundi facultatesque contemnimus: Secunda qua mores ac uitia affectusque pristinos animi, carnisque respuimus. Tertia qua mentem nostram de presentibus uniuersis ac uisibilibus euocantes: futura tantummodo contemplamur, et ea, quae sunt inuisibilia, concupiscimus.

Idem (Cassianus) in tertia collatione abbatis Pafnutij capitulo 6.

Flores omnium fere doctorum, Relinquere ag (Venetiis, 1550), fol.445v.

Prima abrenuntiatio qua corporaliter uniuersas diuitias mundi uoluptatesque contemnimus: secunda qua mores ac uitia affectusque pristinos animi carnisque respuimus. qua mentem uestram de presentibus uniuersis ac uisibilibus euocantes: futura tantummodo contemplamur et ea quae sunt inuisibilia concupiscimus.

Ibidem (Cassianus in collatione abbatis moysi).

Manipulus florum, Relinquere ag (Venetiis, 1493/5), sig.F1r.